



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 5. Magarum & magorum in Thessalia transmutatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

Magaram, & magorum, in Thessalia, transmutatio.

Apul. l. 2.
Agni au-
rei,

Quem morem, & quam artem iam olim in Thessalia fuisse communē Madaurensis Philosophus tradit. Quippe cū deterrima *versipelles* in quoduis animal ore conuerso latententer obrepant; ut ipsos etiam oculos Solis & iustitia facile frustrentur. Nam & aues, & vrsus, canes & mures, immò verò etiam muscas induunt. Ibi cadaueri custos constitutus, dum aduigilaret, hæc sibi accidisse scribit. Cū ecce crepusculum, & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora; & iam nox intempesta, mihiq; oppidò formido cumulator quidem: cū repente introrepens *mustela* contra me constitit, obtutumq; acerrimum in me destituit; ut tantillum animalis præ nimia sui fiducia mihi turbauerit animum. Denique sic ad illam: *Quin abis, inquam, impurata bestia, teq; ad tui similes musculos recondis antequam nostri vim presentariam experiaris? quin abis? Terga voratit, & cubiculo pretinus exterminatur. Expertus est postea, qualis fuerit illa mustela. Atq; sequenti libro nequam ancilla illi indicauit, dominam suam, nocte proxima*

in auem se plumaturã, atque ad suam cupitã
 demolaturam, proin se se ad tantæ rei spe-
 ctaculum cautè præpararet. Iamq̃ circa
 primam noctis vigiliam, inquit, ad superius
 cubiculum, suspensò & insono vestigio me per-
 ducit. Ipsa per rimam ostiorum quampiam
 iubet spectare: quæ sic gesta sunt. Iam primùm
 omnibus lacinijs se denestit Pamphile, & arcu-
 la quadam reclusa pyxides pluscultas inde de-
 promit. de quibus unius operculo remoto, atque
 indidem egesta unguedine, diuq̃ palmulis suis
 adfricata, ab imis unguibus se totam ad us-
 que summos capillos perlinit: multumq̃ cum
 lucerna secretò collocata, membra tremulo suc-
 cussu quatit. Quis leuiter fluctuantibus, pro-
 micant molles plumule, crescunt & fortes pia-
 nule, duratur nasus incuruus; coguntur un-
 gues adunei. Fit bubo Pamphile. Sic edito stri-
 dore querulo, iam sui periclitabunda paulatim
 terrâ resultata; mox in altũ sublimata forin-
 secus totis alis euolat. Et illa quidem magnis
 suis artibus volens reformatur. Rogauit de-
 inde curiosus Philosophus ancillam, vt sibi
 quoq; inde vinctulum partiretur, atque ex
 homine auem faceret. Quid fit? Illa sum-
 ma cum trepidatione irrepit cubiculũ, & py-
 xidem depromit arcula, inquit author, (qui
 auidè

avidè manus immerfit, & hausto vngvine corporis sui membra perfricuit) *Iamq̄, alternis conatibus libratis brachijs, in anem similem gestiebam. Nec vlla plumula, nec vsquã pinnula; sed planè pili mei crassantur in setas, & cutis tenella duratur in corium; & in extremis palmulis, perduto numero, toti digiti coguntur in singulas ungulas; & de spina mea termino grandis cauda procedit. Iam facies enormis, & os prolixum, & nares hiantes, & labie pendula. Sic & aures immodicis horripilant auctibus. Ac, dum salutis inopia cuncta corporis mei considero, non auem me, sed asinum video.* Hæc Lucius ex Luciano. Nam vterque asinus fuit; dum vterq; ex Thessalia Arcadium fecit.

§. VII.

Sage in feles versa.

Quod ne Milesijs fabulis ascribatur, idem narrant de Badulo rege Anglorum annales; qui & tradunt Ambrosij Merlini incantamentis Vterium regem in Goroïdis Cornubiæ ducis speciem transformatum, vt Igernæ vxoris eius toro potiretur: vnde aiunt Arturum & Annam genitos. Apud Palladium in vita Macarij, mulier in equam versa circumiuit. *Huius*

etiam

Vide Gal-
fridum &
Virun-
mura.